Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 3185
Quelle:
Copyright:

porro *Codici* summum splendorem conciliat, *Icones* sunt XLII. Vitam, Passionemque Servatoris coloribus elegantissimis repraesentantes, quarum illa, quae *fol.* 60. visitur, Pictoris, ut arbitror, μονογραμμα hac figura ꝗ exhibet. In ultima magna hominum omnis conditionis multitudo genuflexa quinque *Christi* Stigmata veneratur, quos inter eminentem *Albertum* Card. quivis facile adgnoscet, cui alterutra Ejus imago ab *Alberto Durero* aeri incisa nota fuerit. Margines singularum Iconum adornant Figurae V. T. Mysteriis depictis ἀναλογαι. In fronte *Codicis* legas: 1623. *Solamen spei patientia. Hunc librum æterni amoris fidelitatisque perfectæ signum Sacræ Cæsareæ Maiestati D. Clementissimo dono dedit. Sacri Rom. Imperij Princeps Elector per Germaniam Archicancellarius Jo. Suicardus* (de Cronberg) *Archiepiscopus Moguntinus.* Haec *Ferdinando* II. manu propria *Princeps cum maximis aevi sui comparandus*, ut adpellatur a *G. Chr. Joannis* in *Suppl. L. V. Rer. Mogunt. Nic. Serarii* T. I. P. 2. p. 932.

DCCCCL.

509 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 176. 4. nitide scriptus continet: I. Meditationes de Vita et Passione Servatoris in XXIV. Diei Horas distributas hoc titulo: *Das andechtig Zeitglögclein des leben vnnd leidens Christi nach den XXIIII. Stunden ausgetailt.* Exponitur praevie modus utendi, et ipsa Mysteriorum in Horas Divisio, hoc initio: *Dises Buechlein ist nicht annders, dann ain andechtige betrachtung darzu sich der Mennsch mit allem vleis schicken soll* &c. Lucem vidit *Ulmae.* 1493. 4.

II. *fol.* 133. Meditatio de sacrificio Missae hoc titulo: *Die betrachtung von der mess anfachent von der menschwerdung Christi.* Initium: *Das conuiteor das ist die offen peicht bedeutt die predig sand Yohanns des tauffers* &c.

III. *fol.* 146. Farrago piorum Exercitiorum, puta: Meditatio de Nativitate Christi; VII. Missae multum proficuae *Gregorio* M. ut adseritur, revelatae, et a. 1411. quo nullus hoc nomine Pontifex, ab *Innocentio* confirmatae; Orationes in magna afflictione per Triduum dicendae; demum Orationes quaedam ad SS. Trinitatem et Divinas Personas compositae pro Duce *Wilhelmo Bavaro* anno 1531. qui annus lapsum Cl. *Lambecii* Codicem hunc L. II. *Comment* p. 809. edit. *Kollar. col.* 642. *Maximiliano* I. Imp. tanquam *carissimum* tribuentis manifestat. Neque *insignem* facile cum eo dixero; non desunt enim saltem in postremis levia quaedam et superstitiosa.

DCCCCLI.

Codex membraneus germ. Sec. 958
XVI. Folior. 524. 4. charactere gran-